

1971

A


6153





Iesu Gloria Laus Misset  
Anno

IOACHIMVS GERHARDVS



REGVLÆ  
VITAE JAM OLIM  
A D. PHILIPPO ME-  
LANCHTHONE CON-  
cinnatæ.

*Nunc autem novâ luce collustratæ*

À

M. SABELLO  
CHEMNITIO ECCLĒ-  
fiarum in Veteri Marchia  
Superattendente.



MAGDÆBURGI,  
In officinâ Levini Braunfs  
ANNO M. DC. XI.

*In Regulas vite Rev. &  
Cl. Viri,*

**DN. M. SABELLI CHEM-  
NICII, Ecclesiarum Vet. March.  
Superint.**

**C***hristiadi[m] meditaris iter gravitate ve-  
renda,*

*Cane senex, & quæ meta terenda, doces.  
Scilicet hoc Cycni carmen tibi forsân habetur,  
Scandere quo gaudes, cum venit hora, polum.  
Non equidem invideo vitæ melioris honores,  
Quò tua te pietas, igne probata, vocat.  
Sed si fata velint tecum vel scandere, tecum  
Vel, si fata velint, esse superstes amem.  
Talis erat vati, capiendus ut esset Olympo,  
Vatis ad Eliæ numen Elisa minor.*

**B. BILOVIUS Stendalius  
C.P. & P.L. Vet. March.  
Histor.**

PRAEFATIVN CVLA  
DE VITA DOMINI  
PHILIPPI MELANCHTHONIS  
ab ipso Autore, Discipulo tanti  
viri, praemissa.

**A**D alia mala, quae  
iusto DE Iudicio,  
propter peccata no-  
stra, nobis infligun-  
tur, quibus cum  
adhuc conflictamur, etiam hoc accedit,  
quod ex nostro numero non  
pauci capitis & pectoris dolore,  
alij gravius, alij levius, sunt ex-  
cruciati. Incepit hoc malum su-  
periori aetate, & initio unum atq;  
alterum, paulò post verò longius  
serpens, se diffudit, & plurimos  
corripuit, & quamvis pauci hoc

A 2                      more

morbo sint mortui, tamen multo-  
rum vires ita debilitavit, ut ne-  
nunc quidem, tam longo tempore  
post, penitus confirmati pristinam  
valetudinem recuperaverint.

Duravit hoc malum per totum  
autumnum, & tandem etiam do-  
mesticos meos invasit, qui cum  
Deo miserescente eluctati conua-  
luissent, & ego omni periculo iam  
me defunctum arbitrarer, ecce, su-  
bito eodem morbo opprimor.

Quam periculosè verò ægrotas-  
verim, nihil attinet nunc comme-  
morare, multi certè de meâ salute  
desperârunt, & omnem spem recu-  
perandæ sanitatis præciderunt.

Verùm Filius Dei mediator &  
summus Sacerdos Dominus noster  
Iesus



Iesus Christus æternum patrem pro  
me precatus est cuius deprecationi  
vitam & salutem meam acceptam  
refero. Grato etiam animo agno-  
sco piam meorum auditorum &  
Ministrorum Evangelij, cum in  
hac civitate, tum multis in locis  
Veteris Marchiæ de me sollicitudi-  
nem, quibus etsi semper obligatus  
fui, tamen curâ, sollicitudine &  
precibus suis multò quàm antè me  
sibi arctius devinxerunt.

Tanta autem vis morbi fuit, ut  
me vix agrèque recolligere possim:  
Pedes suum officium nondum fa-  
ciunt, & ad morbi reliquias acce-  
dunt novæ tentationes Idcirco a-  
mici mei, autores mihi fuerunt, ut  
domi me continerem, nec prius pe-

A. 3.

dem.

dem inde efferrem, & in publicum  
prodirem, quam me prorsus resti-  
tutum, & confirmatum sentirem.  
Quos ego amicissimè monentes au-  
divi.

In hoc meo ocio, ne tempus pe-  
risset, reuocaui mihi in memoriam  
salutares Domini Philippi Me-  
lanchthonis Regulas, quas adole-  
scens in Academia VVitebergensi  
ab eo didiceram, easq; subcisiuis  
operis addita breui explicatione  
scripto sum complexus. Quas etiam  
nunc alijs communicandas esse iu-  
dicavi.

Antequam autem ad rem ipsam  
accedo, pauca de Domino Philippo  
Melanchthone dicam, & statum  
Academiae VVitebergensis, qualem

eo

eo tempore offendi, breviter expo-  
nam.

Cum attigissem annum ætatis  
decimum sextum, missus sum à pa-  
rentibus meis Magdeburgam &  
traditus in disciplinam Domino  
Iohanni Bleichrodio, cuius viri in-  
tegritas, fides & diligentia, cum  
summa eruditione coniuncta testi-  
monium nostrum non desiderat:  
laudabitur enim ille vir tam diu,  
dum Schola Magdeburgensis ma-  
nebit. Ab hoc igitur cum biennium  
eius domesticus & condictor fuis-  
sem, rectè institutus, veni in Aca-  
demiam VVitebergensem Anno  
Christi 1550. ineunte Vere, sta-  
tim post mortem Doctoris Iohan-  
nis Bugenhagij Pomerani, quem  
Domi-

Dominus Philippus in numero Evangelistarum reponere solebat, quorum in Epistolâ ad Ephesios capite 4. fit mentio. In Primitiva enim Ecclesiâ dicti sunt Evangelistæ, qui missi sunt, ut alibi Ecclesias constituerent. Vt Acto. 8. cum Samaria doctrinam Evangelij recepisset, eiusq; rei fama ad Apostolos, qui erant Hierosolymis peruenisset, missi sunt Petrus & Iohannes, ut conuersos plenius erudirent, & manus imponerent. Hi igitur duo Apostoli in illâ legatione munere Evangelistarum funguntur. Talis fuit Pantænus lector Scholæ Alexandrinæ qui multas in Oriente Ecclesias visitauit, ut scribit Eusebius libro 5. cap. 10. Talis re vera etiam

ra etiam fuit Doctor Iohannes Bü-  
genbadius Pomeranus: cum enim  
in initio, repurgationis doctrinæ  
factæ à Luthero, multiplex multis  
in locis esset confusio, & impij &  
superstitiosi cultus veris permixti  
essent, hic vir ab Ecclesiâ VVite-  
bergenfi, missus in Daniâ, Pome-  
raniâ, maritimis & alijs ciuitati-  
bus Ecclesias constituit, impios &  
superstitiosos cultus sustulit, Sti-  
pendia Ministris Ecclesiæ, & præ-  
ceptoribus in Scholis, decreuit, &  
ordinem in Ceremonijs Ecclesiasti-  
cis, quo adhuc multis in locis utun-  
tur, præscripsit. Post huius viri  
mortem, ut dixi, cum is paucis  
diebus antè honorificâ sepultura  
affectus esset, veni in Academiam

Witebergensem, cum essem adoles-  
scens annorum octodecim.

Erant eo tempore in omnibus  
facultatibus viri præstantissimi.  
In Iuridica facultate dignitate &  
autoritate florebat Doct̃or Ioachi-  
mus à Beust, vir Nobilitate virtute  
& doctrina præstantissimus, de quo  
viro non immerito dubitatur, iuris  
ne civilis an vero diuini fuerit sciẽ-  
tior. Huic adiunct̃o erat Doct̃or Io-  
hannes Schneidevvein, cuius erudi-  
tissimi commẽtarij extant in Insti-  
tutiones Iuris, qui sunt in manibus  
studiosæ inventutis. Quod opus, ut  
Poëtæ verbis utar, Non poterit  
ferrum, nec edax abolere vetustas.

Græcæ linguae Professor erat  
Vitus Vansenius senior Medicæ  
faculta-

facultatis Doctor, utriusq; lingue  
peritissimus, qui Thucydidem è  
Græco in Latinum felicissimè  
conuertit cuius ex lingua melle  
dulcior fluebat oratio qui miscens  
utile dulci officio suo præclarissi-  
mè fungebatur. Mitto reliquos,  
in omni disciplinarum genere ex-  
cellentissimos viros: ad Dominum  
Philippum Melanchthonem enim  
nostra festinat oratio. De quo viro  
non dubia sed certa, non ab alijs au-  
dita, sed à me visa, cognita & penitè  
perspecta commemorabo. Dies nul-  
lus erat, quin ille nos publicè doce-  
ret. Diebus Lune & Martis præ-  
cepta Dialectices exemplis declara-  
bat, eorumq; usum monstrabat. Ar-  
gumenta Pontificiorum, quibus

Primum Romani Pontificis & multiplicem Idolomaliā stabiliorē conantur, recitabat, eaq̄ ad Regulas Dialecticas exigebat, & monstrata falsitate, firmis & immotis Sacrae Scripturae, & purioris Antiquitatis testimonijs refutabat. Erat ille labor iucundissimus iuxta atq̄ utilissimus: pauci enim ante ea tempora reperiebantur, qui praecipua intelligerent, quibus lux quaedam oborta est, ut ea intelligere, & ad salutarem usum transferre possent. Nec tantum ex Theologia, verumetiam ex mediā Philosophiā, & totā antiquitate depromptis exemplis utebatur.

Diebus Mercurij & Saturni in  
Chro-



Chronico suo continuando strenua  
versabatur. Quod opus institutum  
utinam, iterum utinam, absolueret,  
potuisset, verum morte praeventus,  
imperfectum illud reliquit: ad tem-  
pora enim Caroli Magni tantum  
peruenit. Quae à Doctore Casparo  
Peucero genero Philippi addita  
sunt, haud quidem illa sunt con-  
temnenda, veruntamen breuitatem  
& perspicuitatem Philippicam non  
habent.

Die Mercurij etiam tempore  
Pomeridiano Philosophiam Mo-  
ralem profitebatur. Dies Iouis &  
Veneris Professioni Theologicae e-  
rant deputati, Dominicis & Festis  
diebus Evangelia explicabat. In  
omnibus autem lectionibus incre-

dibilis omnium rerum erat varietas: aptissimè enim, Philosophica, Medica, Iuridica, Historica etiam aspergebat, quibus mirificè capiebamur, ut nunquam tædium nobis obreperet, sed hora opinione citius elaberetur.

Præcipuè verò in explicatione vocabulorum plurimum studij atque operæ ponebat, nosque suo exemplo ad fontes inquirendos exuscitabat. Magnum quiddam, inquit est, scire fontes, & addebat: Ego parum scio, tamen nollem accipere Regnum, & eius rei cognitionem amittere. Extenuabat suam scientiam more omnium doctorum, qui id quod studio & diligentia sunt assecuti parum esse

esse ducunt, præ comparatione  
rerum, quas ignorant: & tamen  
id ipsum, quod didicerat, tanti fa-  
ciebat, ut cum Regno commutare  
nollet.

Quod autem ille vir sibi lau-  
di ducebat, id non nulli vitupe-  
rant maximè ex quorum numero  
Thraso quidam: sic enim qua-  
dam in Epistola Philippus eum  
nominat, nec mihi convenientius  
nomen, quo eum appellem, venit  
in mentem, sic scribit. Legit Phil-  
ippus Sophoclem & alios Græ-  
cos scriptores, Ergo studio Theo-  
logico non multum temporis tri-  
buere potuit. Quid ego audio?  
Tu igitur qui Sophoclem tan-  
to studio non legisti, oratio-  
nes

nes Demosthenicas non degustasti,  
nec in fontibus Hebraicis inquis  
rendis & peruestigandis tam dilia  
gens, fuisti melior Theologus es,  
quam Philippus? Et quid te pu  
det? Erat in illo viro diuinum in  
genium, & incredibile indefessumq;  
studium. In primâ etate habuerat  
fidelissimum præceptorem, à quo  
in præceptis Grammatices fideliter  
erat institutus, cuius ille in lectio  
nibus publicis, ut gratus discipulus  
honorificam crebrò faciebat men  
tionem. Fuerat ad tempus apud  
Capnionem utriusq; & Græcæ &  
Hebrææ linguæ peritissimum. Cito  
gradum Magisterij consecutus eo  
rat. Vocatus VVitebergam, ut in  
Academiâ Græcam linguam publica  
se præ-

cè profiteretur, studia sæpè ad multã  
noctem produxit. Quod cum sine  
valetudinis & virium imminutio-  
ne fieri non posset: sunt enim no-  
cturnæ lucubrationes etiam sine  
potatione perniciose. Dux Saxo-  
niæ Elector Fridericus monuit  
eum ut de diligentia aliquantum  
remitteret, & habitâ ratione vale-  
tudinis nocturnas lucubrationes  
vitaret, ut studiosæ iuventuti diu  
superstes esse posset. Valdè liberali-  
ter etiam eum inuitavit, ut è cellâ  
suâ vinariâ, quotidie vini quantum  
vellet peteret. Tu verò Sycophanta  
an ullâ in re cum tanto viro es com-  
parandus? qui quicquid boni in  
tuis scriptis habes, nonne à Domi-  
no Philippo didicisti? & tamen  
omniū

omnium in te collatorum benefi-  
ciorum oblitus, tam impius es in  
Præceptorem tuum. Sed iusto do-  
lore inflammatus, à proposito abri-  
pior, ad institutū igitur me refero.

Habebat ille vir totius anti-  
quitatis cognitionem. In lectione  
Patrum quam diligenter fuerit  
versatus, satis declarat publicum  
ipsum, de præcipuis patribus iudi-  
cium, quo quid in unoquoque pro-  
bet, quid improbet libere ostendit,  
et ego in publicis lectionibus  
aliquoties ex eo audiui, cum de se  
citra omnem iactantium prædi-  
casset: Sibi Dei beneficio totius an-  
tiquitatis sententiam de omnibus  
partibus Christianæ doctrinæ no-  
tissimam esse.

Ad

Ad quotidianos labores quos  
modo commemoravi, accedebat:  
quod in Consistorio frequens cete-  
ris aderat: quod ordinis Ecclesiasti-  
ci impetrandi gratia peregrè diuer-  
sis ex locis aduentantes examina-  
bat, quod omnes Intimationes atq;  
Orationes ipse conscribebat: quod  
in omnibus disputationibus Theolo-  
gicis Præsidis munere atq; officio  
fungebantur: quod tabellarijs ad-  
uentantibus, quorum magnus nu-  
merus ad illius ianuam quotidie  
stabat, responsa dabat. Quos labo-  
res cum esset tenuissima valetudine  
sustinere non potuisset nisi Deus  
robur & vires ei subministrasset.

Non ego quenquam hoc tempo-  
re tali ingenio præditum inveniri  
poss.

posse, qui tot tantosq; labores susti-  
nere queat: sunt enim passim in A-  
cademijs etiam nunc præstantes vi-  
ri, qui nervos si intenderent suos,  
idem præstare possent, quorum esti-  
mationi hac laude Philippi nihil  
decedit. Sed hoc constanter nego,  
post obitum Philippi in illâ Acade-  
miâ ullum fuisse, cui ordinariæ sala-  
tem lectiones illius viri, ut de cæ-  
teris laboribus nihil dicam, com-  
mendari potuissent. Sed quod ille  
unus efficere poterat, dum in vita  
erat, id quinque inter se partieban-  
tur: Doctor enim Eberus Pastor  
Ecclesiæ explicationem Evange-  
liorum. Doctor VVinssemius Se-  
nior Dialecticam, Doctor Peuce-  
rus Chronicon, Crucigerus Theolo-  
gicam.



gicam lectionem, Esramus ver<sup>o</sup>  
Rudingerus Philosophiæ moralis  
lectionē in se recipiebat. Et quam-  
vis tot essent, tamen Doct̃or Pau-  
lus Eberus in publicā lectione in-  
genuè fatebatur, se omnes collatis  
operis vix aut ne vix quidem id  
præstare posse, quod unus Philip-  
pus incredibili felicitate, ingenijq̃  
dexteritate, citra omnem difficul-  
tatem, præstare potuisset.

Dixi de laboribus & diligentia  
summi viri. Accedo nunc ad id  
quod præcipuum est, & solidam  
veramq̃ laudem meretur. Verè ille  
vir templum erat Spiritus sancti;  
Vas misericordiæ & organum sa-  
lutare Ecclesiæ. Cum prius hora  
octauā antemeridianā docuisset,  
paula

paulò ante meum aduentum horam  
prorogauerat, & in nouam contu-  
lerat, nullam aliam ob causam,  
quam ut ipse & studiosi, eò com-  
modius precationi vacare possent:  
est enim tempus matutinum preca-  
tioni aptissimum.

Dominicis Festisq; diebus publicis  
congressibus semper intererat,  
in quibus tanto mentis ardore  
Deum inuocabat, ut nos adolescen-  
tes non sine magna admiratione  
eum aspiceremus, nostri torpo-  
ris vehementer nos pœniteret, &  
ad seriam inuocationem incitarem-  
mur.

Non semel atq; iterum in an-  
no, sed sæpissimè, mense Domi-  
ni, unà cum alijs participabat,  
decla-

declarans ea re, se non tantum  
societate, verumetiam confessio-  
ne huic cœtui coniunctum esse,  
neque ego, ne tenuissima quidem  
suspensione unquam potui assequi,  
illum dissentire ab ea doctrina,  
quam ministri Ecclesiæ publicè  
profitebantur.

Hoc saltem nos monebat, ne de  
modo disputaremus, cuius viri  
autoritas si valeret, iam pridem  
via ad concordiam strata esset,  
quam iniri & constitui posse pler-  
iq; diffidunt: Quo enim spectant  
in felices concertationes, nonne in  
inquisitione & peruestigatione,  
modi, qui tamen inveniri non po-  
test, versantur uniuersæ? Vt ve-  
rissimè scribit Iurisconsultus &  
Theo.

Theologus summus, Doctor Ioachimus à Beust. Deq̄ modo lis est, non habitura modum.

Hanc ipsius pietatem, & in vocatione diligentiam Deus ornabat autoritate, quæ tanta erat, ut eum omnes, sicut aliquẽ de cælo lapsum, venerarentur, atq; ad ipsius nutum & voluntatem omnia agerent. Nullæ tunc inter Dominos Professores erant dissensiones, nullæ emulaciones, sed certatim suum officium faciebant, more apum, quæ strenuè operi incumbunt, fingentes favos, & mella stipantes, neq; inter se mutuò impediētes.

Tam præclari status recordatio quoties subit animum, iucundissima quadã delectatione perfundor.

Vixit superiori ætate paulò ante repurgationem doctrinæ, quæ facta est à Luthero Iohannes Hiltenius Monachus Isenacensis Spiritu Prophetico præditus, qui multa futura prædixit, quibus eventus respondit. Inter prædictiones etiam hæc est: Triginta annos durabit regnum Christi. Hoc vaticinium sæpenumero Dominus Philippus in publicis lectionibus recitabat. Addebat autem: Credo hoc tempus iam præterijisse: nunc enim maiores sunt confusiones. Non reprehendo huius viri iudicium, quin potius vehementer, probo. Ex eo igitur statu, qui tunc erat, superioris temporis, quo vixit Lutherus, felicitas facile æstimari potest.

B

Dixi

Dixi de meo præceptore non quantum debui, sed quantum in hac valetudinis meæ infirmitate potui, & nihil falsi dixi. Quod mecum testari possunt omnes, qui postremis duobus annis ante ipsius obitum docentem audiuerunt, quorum sine dubio multi adhuc vivunt.

Sunt autem due potissimum cause, quæ me mouerunt, ut hæc literis mandarem; una ut crimen à xapisiis effugerem, & Præceptori meo parentarem. Probat Christus Samaritani redeuntis, & gratias agentis gratum animum. Quam tristis verò querimonia, & horribilis pœnæ denunciatio est, cum inquit: Nouem ubi sunt? Pulcherrima

certè

certè Virtus est Gratitude, quæ  
constat duabus virtutibus, Veritate  
& iusticia: Veritas agnoscit à  
quo collatum sit beneficium: Iusticia  
obligat se ad mutua officia.  
Quid contra mendacio foediùs? quid  
iniusticia detestabilius? quibus vic-  
cijs se obstringunt omnes, qui ac-  
ceptorum beneficiorum immemo-  
res par pari referre non student.  
Altera causa cõt, ut hæc commemo-  
ratio auctoritatem conciliaret do-  
ctrinæ quam ego in florentissimo  
statu Academiæ à tanto viro ado-  
lescens didici. His igitur præmis-  
sis tandem aliquando ad rem  
ipsam accedamus.

B 2

DE

DE FINE H O-  
MINIS.

**D**E fine, ad quem conditi sumus, sæpè multumq; cogitare debemus. Veterum Philosophorum ea de re discrepantes sunt opiniones.

Epicurus voluptatem summum bonum esse pronunciauit. Intelligit autem per voluptatem *αἰαλγῆσιαν* vacare omni dolore & molestia, cum cor lætatur & nerui suauiter afficiuntur Athenæus libro 12. Capite 24. sententiam Epicuri recitat, verba hæc sunt: Initium & radix omnium bonorum est ventris voluptas Virtus, decus honestas & quæ præterea præclara esse iudicantur, eatenus sunt expetenda, quo



quoad voluptati serviunt, cui si  
adversantur, prorsus repudianda,  
pecuniae vero maximè sunt expe-  
tendæ, quia maximarum volupta-  
tum sunt effectrices. Habes Epicu-  
ri de Summo bono sententiam, mo-  
ribus & communi societati perni-  
ciosam proinde etiam Messeni o-  
mnes, qui hanc sectam sunt secuti,  
ex sua civitate exterminaverunt,  
& Romani Lucio Posthumio con-  
sule exemplum severitatis in Alci-  
um & Philiscum, qui in eadem hæ-  
resi fuerunt, statuerunt, eosq; civi-  
tate expulerunt.

Academici suum ἐπέχεν retinen-  
tes in utramque partem disputa-  
runt, & rem tanquam dubium atq;  
incertam in medio reliquerunt.

Aristotelis sententia proxime  
ad veritatem accedit: in una enim  
virtutis actione summum bonum  
constituit. Sed errat dupliciter, pri-  
mum in definitione quod affirmat  
virtutē esse habitum, cum reuera sit  
vel impetus diuinus ut in Alexan-  
dro Magno, Iulio Cesare & simi-  
libus heroicis naturis: nulla enim  
magna virtus est sine DEO: vel  
σοφία in ijs, in quibus sunt mediocres  
virtutes: ut in Aristide, Socrate,  
Laelio, Pomponio, Attico, quae eos  
ad moderandos impetus flectit: vel  
disciplina, hoc est externorū mem-  
brorum gubernatio congruens cum  
Lege Dei, quam Diuus Paulus er-  
ruditē nominat literam: quia est  
velut litera illita cerebro, nec est  
ardens

ardens motus intuens Deum, nec  
vita & leticia in corde, & similis  
est folijs ficus, quibus primi paren-  
tes post lapsum externam nudita-  
tatem tegere conabantur. Deinde  
errat in fine: quia virtutis actio-  
nem non refert ad gloriam Dei.  
Sola doctrina Ecclesie summum bo-  
num & verum finē, ad quem homo  
conditus est commonstrat videlicet  
Deum ipsum communicantem se  
hominibus: cum enim omne bonum  
sit communicatiuū sui, Deus qui est  
summum bonum hominem condidit  
ad imaginem suam, eique sua sum-  
ma bona sapientiam, iustitiam li-  
bertatem electionis in voluntate,  
vitam & leticiam eternam com-  
municauit, ut vicissim ab eo agnosca-

sceretur, & honore afficeretur Ad  
hunc finem initio conditus & post-  
ea per Filium redemptus est homo:  
monstrat hunc finem Lex Dei tan-  
quam Thesaurum in loco præcelso  
atque edito reconditum: viam au-  
tem, qua ad eum perueniri possit,  
non commonstrat, Doctrina Evan-  
gelyi utrunque præstat: non enim  
tantum de summo bono conciona-  
tur. Verum etiam modum & ratio-  
nem inueniendi, nobis præscribit,  
ut sequentia testimonia luculenter  
demonstrant.

Ego sum, inquit Christus, via  
veritas & vita, nemo venit ad pa-  
trem nisi per me.

Et Iohannis 17. Hæc est vita  
æterna, ut agnoscant te solum ve-

rūm

rūm Deum & quem misisti Iesum  
Christum. Et : Deus erit omnia  
in omnibus. Hunc igitur finem no-  
bis proponamus, præscripta in E<sup>v</sup>-  
angelio media studiosè persequa-  
mur, & posthabitis rebus omnibus  
hoc agamus, ut hoc summum bonū  
consequamur. Sicut Dominus no-  
ster Iesus Christus præcipit, cum  
inquit : Quærite primum Regnum  
Dei, & iusticiam eius, & reliqua  
adiicientur vobis. Inuento & con-  
stituto Fine hominis, quid à nobis  
fieri debeat, ne summum hoc bonum  
amittamus, & quo pacto præsens  
vita benè beateq; transigenda sit  
ea de re Dominus Philippus Me-  
lanchthon quinque Regulas nobis tra-  
dere solebat : quas ordine deinceps

B s

reci-

recitabimus & breuem explicatio-  
nem subiungemus.

## PRIMA REGVLA.

1. Timoth. 1. Milita bonam mili-  
tiam, retinens Fidem & bonam  
conscientiam.

Opponitur dictum Pauli flagi-  
ciosa securitati, quam veteres inter  
septem peccata mortalia numerâ-  
runt, & *anndéar* appellauerunt,  
quæ, proh dolor, hoc extremo seculo  
regnat, & plurimorum animos,  
tanquam veteris occupauit. Per-  
inde enim ac si omnis res esset in  
vado, & nihil amplius esset peri-  
culi, ita plurimi salutis suæ indor-  
miunt. Diuus Paulus ut hanc se-  
curitatem eximat 1. Corinth. 9. *Vi-*

tam

tam Christianorum confert curso-  
ribus, qui in stadio currunt, &  
pugilibus cum adversarijs dimi-  
cantibus. Sequenti capite pro-  
ponit exemplum Israëlitarum, ex  
quorum numero duo duntaxat  
in terram promissam pervene-  
runt, ceteris universis in deserto  
prostratis. Hic vero militiae con-  
fert. Res enim nobis cum tri-  
bus potentissimis hostibus est, cum  
Diabolo, carne nostra & mundo,  
quibus cum continenter bellum ge-  
rimus. Duces belli sunt Filius  
Dei Dominus noster Iesus Chris-  
tus & Satan, qui continuum  
& αἰωνοῦ inter se bellum ge-  
runt. Initium dissidij à Diabolo  
ortum est, qui in veritate non  
B 6 stetit,

stetit, principatum suum non ser-  
uauit, domicilium suum reliquit, &  
superbè Filium Dei præ se contem-  
psit, qui ut Esaias inquit, solium  
suum supra stellas ponere, & altissi-  
mo par esse voluit, & postea pri-  
mos nostros parentes in fraudem  
illexit, ut mandatum Dei transgre-  
derentur. Quorum scelerum iustis-  
simas pœnas dedit: Constrictus e-  
nim vinculis tenebrarum ad iudi-  
cium magni diei reseruatur. Quam  
ob causam flammam odij aduersus  
Filium Dei concepit, cui furenter  
irascitur, & propter eum horribi-  
liter Ecclesiam persequitur. Circuit  
is, tanquam Leo rugiens, quærens  
quem deuoret.

Exercitatus est: non enim heri

vel



Vel nudiustertius primum cœpit op-  
pugnare Ecclesiam, sed ab origine  
mundi ad hæc usq; tēpora: Nouit ille  
mille artes, & nocendi dolos: scit  
quo pacto sanctos oppugnare de-  
beat, & quomodo unumquodq; ei  
successerit.

Impudens est: semel enim repul-  
sus non desperat, sed ad tempus  
tanquam in insidijs latet, captans  
occasiones, eisq; oblatis strenuè uti-  
tur. Et si quando intelligit, se esse  
imparem, nec satis firmum ad no-  
cendum, alios, se nequiores & no-  
centiores Spiritus, sibi adiungit eo-  
rumq; opera utitur ut pios euertat.  
Tam seuum & exercitatum ho-  
stem nos habemus, & tamen nos in-  
terim quasi adempto metu omni o-

ciosè in utramq; aurem dormimus.

Accedit hæc miseria, quæ nullis lacrymis satis deplorari potest, quòd per lapsum primorum parentum natura nostra horribiliter corrupta & deprauata, ad omne malum prona & procliuvis est. Ut interim de malis exemplis nihil dicam, quibus multi quasi præcipites à vera via abripiuntur, eòque rediguntur, ut obliti pietatis atque omnis honestatis mala exempla sequantur. Quod enim multorum exemplo fit, id rectè fieri, & quisque etiam sibi impunè licere arbitratur.

Contra tam sæuum versutum atq; exercitatum hostem in tanta nature nostræ inbecillitate tot pos-  
sitis

fitis ubiq; laqueis, & pravis exem-  
plis regnantibus, nemo persistere  
posset, nisi Filius Dei Dominus ex-  
ercituum nobis opem ferret. Eius  
auxilium cum alibi tum etiam Psal-  
mo 34. nobis promittitur: castra  
metatur Angelus Domini, id est  
Filius Dei, in circuitu timentium,  
se, regit nos Spiritu suo sancto, ne  
tentationibus Satanae succumbam⁹.  
Imò is non tantùm castra castris  
iungit, & nobiscum pugnat, sed  
Dux militiæ est, cui nomina dedi-  
mus, qui Sacramento militiæ nos  
obligavit in Baptismo, sub cuius  
signis militamus. Freti igitur hoc  
duce eiusq; præsentia non demit-  
tam⁹ animam, sed fortiter pugne-  
mus, sumentes ex armamentario  
Dei,

Di, non tantum Φυλακῆς, quibus nos muniamus, verumetiam ἀμωπῆς, quibus hostem ferire, prosternere & fundere queamus.

Crebrò etiam in mentem nobis veniat, quòd non tam nostra quam Filij Dei res agatur: hunc enim præcipuè oppugnat, hunc per nostrum latus petit. Quam enim causam contra nos habet? nulla certè à nobis iniuria affectus est.

Quod autem tantoperè nos persequitur, odio Filij Dei facit, qui etiam promptè & cupidè nobis suppetias feret dummodo auxilium ipsius implorauerimus. Atque hæc de militia sufficiant: sequitur in dicto Pauli:

RE-

RETINENS FI-  
DEM.

**Q**uid? num in nostra manu &  
potestate est retinere Fidem?  
Nemo ut opinor hoc affirmaverit  
ut enim Fides non est cuiusuis, &  
nemo Iesum potest Dominum vo-  
care nisi per Spiritum sanctum, ita  
& Fidem nostris viribus retinere  
non possumus. Hoc etsi verum est,  
tamen voluntas regenerata per  
Spiritum sanctum non habet se pu-  
rè passive, ut multi impudenter vo-  
ciferantur, sed renati ductum Spiritus  
sancti sequuntur. Luctantur  
cum diffidentia, & Fidei incremen-  
tum petunt exemplo Patris Luna-  
tici, qui inquit: Credo Domine,  
opem

opem fer imbecillitati meae. Dignum est consideratione dictum Christi: A temporibus Iohannis, inquit, Regnum DEI vim patitur, & qui vim faciunt rapiunt illud. Graeca verba haec sunt, ἡ βασιλεία τῶν ἑρηνῶν βιάζεται, καὶ βιάσαι ἀρπάξουσιν αὐτήν. Quae verba ideò recito quia verbum βιάζεται absolutè redditum meliorem sensum, & maiorem consolationem praebet βιάζεται. Regnum Dei vi perfrumpit inuitis portis inferorum, eiusq; incrementum neque à Satana, neque à Tyrannis impediri potest. Ut nostra memoria Doctrina Evangelij longè lateq; propagata est, neq; eius cursus à Pontifice Romano, inquisi-

quisitoribus hereticæ præuinitatis,  
tyrannis & persecutoribus impedi-  
ri potuit. Et qui vim faciunt, hoc  
est, Non ignaui, sed quibus salus  
cordi est, qui diffidentie repu-  
gnant, sua indignitate non mouen-  
tur, & promissioni uniuersali se  
includunt, eamq̃ mordicus retinent.  
Ducæ enim periculose sunt tenta-  
tiones, quibus Fides præcipuè oppu-  
gnatur & concutitur: una de in-  
dignitate, altera de particularitate.  
Indignitati suæ opponunt Gratuitã  
Dei misericordiam, particularita-  
ti verò promissiones uniuersales,  
quas etiam rebus omnibus cor-  
poralibus amissis ad se per-  
tinere statuunt.

ET

ET BONAM CON-  
SCIENTIAM.

**Q**uia sceleribus contra consci-  
entiam contristatur Spiritus  
sanctus, amittitur gratia, & hoc  
modo delinquentes fiunt rei æternæ  
Damnationis, nisi resipiscant, suos  
lapsus seriò deplorent, & ad mise-  
ricordiam Dei in Evangelio pro-  
missam confugiant.

II. REGVLA.

FIDES REGATUR  
EVANGELIO: BONA  
conscientia verò lege Dei.

**V**aldè utilis & necessaria hæc  
est commonefactio: ut enim  
non una omnium Fides est, ita di-  
uersa



uersa etiam sunt obiecta. Turcæ fi-  
dem suam Alcorano, Iudæi vero cir-  
cumcisioni, obseruationi Sabbati  
& alijs iampridem antiquatis, imo  
prorsus sublatis ceremonijs adiun-  
gunt. In Regno Pontificio quot  
quæso te sunt ordines? Nec tamen  
quisquam est in illa ordinum diuer-  
sitate & varietate, quin credat se  
sui ordinis obseruatione vitam æ-  
ternam consecuturum sed vehemen-  
ter errant. Vnicum enim idemquæ  
verum Fidei obiectum est Christus  
in Evangelio nobis propositus:  
Non enim in alio salus est, nec aliud  
nobis nomen datum est sub cælo, in  
quo seruari possimus, nisi per no-  
men Domini nostri Iesu Christi.  
Huic omnes Prophetæ testimonium  
perli-

perhibent, remissionē peccatorū accipere per nomen ipsius omnes, qui credunt in eum. Qui merito Christi innituntur, fundamentum salutis suae in firmissima petra collocarūt, quod portae inferorum euertere non poterunt. Qui verò spreto & contempto Christo, alias consequenda salutis rationes ineunt, horribiles conscientiae cruciatus ferre coguntur, nec unquam mente consistere possunt, sed veri martyres Diaboli sunt, quorum nomina Christus in ore suo habere non vult Psal. 16.

## BONA CONSCIEN- TIA VERO LEGE.

**H**abet etiam haec commune factio usum maximum, ut ex ijs, quae

quæ à nobis dicentur planum fiet.  
In regno Pontificio superiori me-  
moria quot cumulatae sunt tradita-  
tiones? Non loquor nunc de Cere-  
monijs ordini atque decoro ser-  
vientibus, quibus Ecclesia carere  
non potest: debent enim in Eccle-  
sia omnia κατὰ τάξιν καὶ εὐχρημόνως  
fieri, sed sermo est, de traditioni-  
bus humana auctoritate introductis,  
quibus opinio meriti necessitatis  
& cultus Dei assuitur, ut sunt pere-  
grinationes ad loca sancta, prohi-  
bitiones certorum ciborum, ieiunia,  
recitatio horarum Canonicarum, &  
similes: quis enim omnes enumera-  
uerit? in quibus colligendis Summi-  
stæ sunt occupati, quas pluris fece-  
runt, quã opera diuinitus mandata,  
quarum

quarum etiam obseruationi tantum  
temporis tribuerunt, ut utilioribus  
& magis necessarijs studijs vacare  
non potuerint, imo quæ fuerunt la-  
quei conscientiarum: reperti enim  
sunt nonnulli, ut Gerson scribit,  
qui cum conscientiam neglectarum,  
& prætermissarium traditionum  
sustinere non possent, mortem sibi  
consciscerent. Hi laquei hac unica  
Regula doli soluuntur: Est enim  
conscientia syllogismus practicus,  
in quo maior propositio non est tra-  
ditio humana autoritate præter &  
extra verbum Dei introducta, sed  
Lex Diuina. Minor propositio est  
applicatio rectè vel secus factorum  
ad legem Dei quam sequitur vel  
læticia in corde, vel dolor pro dis-  
uersi-

uersitate actionum. Nititur hæc  
Regula firmissimis sacrae Scriptu-  
rae testimonijs in præceptis meis  
ambulate & Frustra colunt me  
mandatis hominum.

Psal. 119.

Lucerna pedibus meis verbum  
tuum

Item.

Quæ tibi Deus præcepit illa  
sanctè cogita.

Eo dementiæ atq; impietatis  
progressi sunt Iudæi, ut Filios ex  
se natos præter, imò contra volun-  
tatem Dei Idolo Moloch crema-  
rent, de quo impio cultu Deus in-  
quit: Nunquam venit mihi in men-  
tem, nedum præcepi, ut hoc face-  
rent.

C

Sit

Sit igitur Lex Dei norma &  
Regula omnium actionum. Hæc ea-  
nim monstrat discrimen honesto-  
rum & turpium, & præscribit,  
quid fieri quidue omitti debeat.  
In ea igitur, tanquam in speculo  
nos contemplemur, vesperi in le-  
cto priusquam obdormiscimus, a-  
cta diei repetamus animo, & cum  
præceptis Decalogi conferamus.  
Rectè factis letemur, secus verò  
factis ingemiscamus, veniam ad-  
missi delicti fiducia Christi Media-  
toris petamus, & deinceps in vi-  
tandis lapsibus simus cautiores.  
Hic verus usus Legis est in rena-  
tis, veros cultus, qui Deo placent,  
& reliquias peccati monstrare, quas  
sancti agnoscunt & seriò deplorant.

III. Re.

### III. REGVLA.

Vt quisq; vocatus est ita ambulet, sua sorte contentus.

**L**oquitur hæc Regula de personarū atq; officiorum distinctione, & monet, ut quisque cogitet, qui sit, nec maiora viribus appetat, & congruit cum dicto: Qui sis esse velis, nihilq; malis. Coram Deo quidem sumus æquales: nec est respectus personarum apud eum: omnes enim natura sumus Filij iræ, & peccato Originis infesti caremus gloria Dei, hoc est Deo lucente in nobis. Non habitā etiam ratione ordinis, status, vel conditionis cuiusquam recipiuntur in gratiam qui resipiscunt, & freti merito

Christi, Dei misericordiam implo-  
rant. At in hac vita pares esse non  
possumus, nec sine personarum atq;  
officiorum distinctione & diversita-  
te vitæ societas conservari pot-  
est. Civitas enim non ex medico &  
medico constat, sed ex medico &  
Agricola. Ut in humano corpore,  
hac enim similitudine utimur sac-  
ra scriptura, diversa sunt mem-  
bra, quæ tamen non iisdem fungun-  
tur officijs, ita & nos inter nos alij  
aliorum sumus membra, & varia  
officia & dona habemus. Herodes  
Antipas in historia sacra nomina-  
tur Tetrarcha non eam ob cau-  
sam quod quartam regni par-  
tem tenuerit & administrarit, ut  
nonnulli existimant; sed quod ha-  
buit



buit curiam milites Agricolas &  
opifices, quibus Respublicæ benè  
constitutæ carere non possunt. Cu-  
ria ius iusticiamque administrat:  
militibus opus est ad executionem &  
defensionem. Ad executionem, ut  
fontes & malefici ad supplicia rapi  
& dignis suis factis pœnis affici  
possint. Ad defensionem, seditiosi  
cives in officio contineri, hostes exa-  
terni reprimi & bellum illatum de-  
fendi possit: est enim ut Plato ve-  
rissimè scribit, pax inane nomen in  
Rebus publicis: semper enim vel cum  
seditiosis & improbis civibus, vel  
externis hostibus negocium est.  
Agricultura omnes ordines alit eis-  
que victum præbet; deniq; quæ vita  
futura esset, nisi in civitate essent

Sartores, sutores, pistores, fabri  
lignarij & ferrarij, coqui, lanij  
sartores & alij opifices? quibus  
sublatis nonne communis generis  
humani consociatio dissolveretur?  
opera certè horum Respublica ca-  
rere non potest, Syracides capite  
39. expressè scribit. Videt nunc  
quisque, in hac personarum gradu-  
um & officiorum diversitate ut de  
sua vocatione sit certus, ne malis  
artibus eam sit adeptus, & ne per-  
viam sit intrusus: qui enim licitis  
atque ordinarijs medijs neglectis  
ad dignitatem aliquam perveniunt,  
sunt illi quidem in rebus secundis  
& ad voluntatem fluentibus anis-  
mo presenti, at in rebus adversis  
trepidant, & præ metu, quo se vers-  
rant

tant nesciunt. Qui vero medijs or=  
dinarijs interuenientibus à DEO  
sunt vocati habent, ubi acquiescant  
& omnes curas doloresq; deponant.

Additur autem: Vt quisque sua  
sorte sit contentus: ò salutare præ=  
ceptū non chartis sed intimis pecto=  
ribus inscribendum: Quotus enim  
quisque est, qui non pertæsus sui  
status, maiora appetat? Cæci, cæci  
sumus omnes quod boni inest in  
nostro statu non videmus, aliena  
vero suspicimus atque admiramur.

Fertilior seges est vicino sem=  
per in agro.

Theologi Iurisconsultos beatos  
iudicant, quod quidam breui tem=  
pore emergant, & magnas opes ac=  
quirant. Iurisconsulti contra Theo=  
logos

logos felices prædicant, quod domi  
semper apud suos maneant, nec iti-  
neribus crebris, & propemodum  
continuis iactentur ac defatigen-  
tur.

Optat Ephippia bos piger optat ar-  
rare caballus.

Et pauci admodum reperiuntur,  
qui sua sorte sint contenti.

Præcipuè verò admiramur eos,  
qui amplissimos dignitatis gradus  
sunt adepti: Hi enim splendidius  
vestiti sunt & lautius victitant  
quam alij, cum cibum capiunt: nobi-  
les & ingenui pueri stant ad mens-  
sam & ministrant: aduentantibus  
assurgunt omnes, in publico dece-  
dunt de via, & honoris gratia nu-  
dant capita, & flectunt genua.

HAG

Hac specie incurrente in oculos  
multi in fraudem illiciuntur, ut eos  
fortunatos præ cæteris hominibus  
putent, multi etiam inuitantur, ut  
ad similes honores summo studio  
contendant, verum non omne quod  
splendet aurum est, & sæpenumero  
usu venire solet, ut ad summos in  
Republica honores euecti, molestia-  
rum, quas secum affert eminentia,  
pertæsi, serò sapere incipiant, &  
consilium suum vehementer dam-  
nent, quod splendidum vitæ genus  
multorum inuidiæ expositum, labo-  
rum & molestiarum, addo etiam  
periculorum plenissimum elegerint,  
non absimiles ijs (ut Plutarchus in-  
quit) qui cælo sudo atq; sereno ma-  
ris tranquillitate decepti, conscen-  
dunt,

C §

dunt,

dunt naues, & mare ingrediuntur,  
quando vero sunt in medio mari,  
sæuâ coortâ tempastate, seró &  
frustra respiciunt ad littus, & in-  
timis sensibus anguntur, quod scia-  
entes prudentesq; tanto periculo se  
commiserint.

Ciceroni iuueni sciscitanti ora-  
culum: Quo pacto vitam beatam  
agere posset, respondit Apollo: Si  
ductum tuæ naturæ secutus fue-  
ris.

Erat autem Cicero amans phi-  
losophiæ in eaq; plurimum studij  
atque operæ ab ineunte ætate posu-  
erat. At ubi causas agere cœpit, citò  
propter eloquentiam cœpit inclares-  
cere & summos in Republica hono-  
res consecutus est. Cum omnes ho-

noris gradus percurrisset, & interdum  
optimè cogitata pessimè caderent in  
eòq; loco, qui tranquilissimus vide-  
batur, maximæ tempestates exti-  
tissent, cœpit eum penitere, quod  
spreto salutari consilio Apollinis  
à studio philosophico se abduci  
passus esset.

Cum, inquit, sim expertus  
quam sint inania quæ putavi esse  
præclara, cupio cum omnibus Musis  
habere rationem. Sic vellem ab initio.

Et alio loco: Incumbamus ad illa  
præclara studia, & eo, unde disce-  
dere non oportuit, aliquando reuer-  
tamur.

Remota igitur specie fallaci, rem  
recta ratione nobiscum reputemus,  
sacra scripturam in consilium adhi-  
bentes,

bentes, quæ in quarto præcepto  
distinctionem personarum introdu-  
cit, & multis alijs in locis confir-  
mat, & seuerissimè mandat, ut  
quisque suo loco sit contentus.

Syriacid. 3. cap. Fili mi, libenter  
mane in humili statu, nec maiora  
viribus concupisce.

Quid autem gratius, quàm scire  
suum statum quantumuis humilem  
Deo probari? quid periculosius,  
quàm rationibus reddendis maiori-  
bus esse obnoxium? quod ijs acci-  
dit, quibus plus cæteris commissum  
est. Accedit, quod in mediocri sta-  
tu homines plerunq; moderatiores  
sunt, & facilius in officio conti-  
nentur, quàm ij qui in omnium re-  
rum affluentia viuunt, & cæteris  
digni-



dignitate antecellunt. τὸ γὰρ Ἰ-  
πέραι, παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῶ κα-  
κῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεταί.

Recitatur historia à Q. Curtio  
lib. 4. quam etiam Iustinus lib. 11.  
breuiter attingit de Alexandro  
Magno, qui cum Sydonem antiquis-  
simam urbem maritimam Phœnicie  
deditione cepisset, Hephæstioni  
permisit, ut, quem ipse vellet, in ea  
ciuitate Regem constitueret. Erant  
autem apud Hephæstionem iuuenes  
Sydonij summo loco nati, quibus  
cum ei erat hospitium, ex quorum  
numero optimo cuiq; ordine Re-  
gnum detulit. Qui ad unum omnes  
Regnum delatum accipere nolue-  
runt: legibus enim cautum esse, ne  
quisquam in ea ciuitate regnaret,

qui ex regia stirpe non esset pro-  
gnatus. Quæsiuit igitur Alexander  
essent ne adhuc reliqui nonnulli ex  
regia stirpe: Negârunt superesse  
quenquam, præter unum neglectum  
& ad extremam paupertatem re-  
ductum. Illum igitur Alexander  
inquiri atque adduci iussit. Studio-  
sè inquiritur, & tandem in suburbio  
invenitur sordidatus in horto ste-  
riles herbas evellens. Regia vestis  
inijcitur, Rex salutatur, ille pri-  
mum se deludi ac derideri pu-  
tans, agrè ferens increpavit eos,  
monuitq; ut sibi molestiam exhibe-  
re desinerent. Adeone inquit vo-  
bis idoneus videor, quem tam aper-  
te ludatis. At illi nihil moti ipsius  
obiurgatione, ut iussi erant inuis-

tum quodammodo, atque reluctante  
tem ad Alexandrum Magnum per  
duxerunt, qui diu eum contempla  
tus, Non repugnat, inquit, corp  
ris habitus fame generis. Sed cupio  
ex te audire, quo pacto aduersam  
fortunam, contemptum & paupertatem  
tuleris. Respondit, Abdolominus: u  
tinam regiam dignitatem, ad quam  
nunc euehor, pari animi equitate  
ferre possim. Nihil cum fuerit, nihil  
defuit tamen: quotidie enim tantum  
labore acquisiui, quantum ad victum  
cultumque corporis fuit necessarium.  
Mirifice hoc responso Alexander de  
lectatus est. Itaque non tantum  
ei regnum confirmavit, verum etiam  
accessione non exigua amplificauit.  
Et certe honesta & sapiens est ora

tio: æquabilem enim in omni fortuna se præbere, nec aduersæ succumbere, neq; secunda præter modum efferri, non mediocris ingenij ac sapientiæ esse iudico.

#### IV. REGVLA.

**F**Ac officia vocationis tuæ diligenter, nec desere tuam stationem vel impatientia fractus, vel desperatione perturbatus.

Præcipitur sedulitas, quæ alio nomine vocatur Diligentia. Quæ officia suæ vocationis facit, nec aliena ad se non pertinentia curat. Vitia pugnancia cum hac virtute sunt ignavia & πολυπραγµασύνη. De sedulitate loquuntur dicta.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Qui

Qui præest, sit diligens. Quisq;  
nos Oeconomus Mysteriorum Dei  
esse statuat, ab œconomo autem  
nihil amplius requiritur, quam ut  
sit fidelis.

Ignauiam contra prohibent di-  
cta.

Maledictus, qui facit opus Do-  
mini negligenter. Vade piger ad  
formicam eiusq; morem addisce:  
hæc enim in æstate colligit, ut in  
hyeme habeat unde victitet, sequè  
sustentet.

Dormi sane & quiesce pauli-  
sser, complica manus & opprimet  
te. paupertas ut armatus, neq; eius  
vim poteris sustinere.

Exempla in utranq; partem hi-  
storie suppeditant plurima.

De

De Seuero Imperatore scribit  
Dion: Quae agenda erant agebat,  
nec vulgi sermones & iudicia  
morabatur. Alexander Magnus  
interrogatus, quo modo tam breui  
temporis spacio res tantas gessisset,  
& penè totum orbem terrarum do-  
muisset, respondit μηδὲν ἀναλαμβάνω  
ἴδω.

De Iulio Cesare scribit Luca-  
mus.

Nil credens aetum, si quid sus-  
peresset agendum.

Baiazethes Turcicus Imperator  
dictus est Fulgur caeli propter ce-  
leritatem, qua in rebus gerendis  
usus est. Ignauiae detestandae ex-  
emplum est Sardanapalus, meri-  
tò etiam omnium sermone vapu-  
lat

lat Honorius Imperator propter  
ignauiam: Cum enim Roma à  
Gottis oppugnaretur, obsessis  
non venit subsidio, quin etiam nun-  
cio allato de urbe capta, in tan-  
ta clade nugas agere non eru-  
buit.

Sed quid opus est exemplis ex  
ultima antiquitate petitis, cum hoc  
tempore ubiq; sint obvia. Refer  
culos ad omnes vitæ status, & in-  
dustrios paucissimos, ignauos verò  
reperies plurimos.

Πολυπραγμοσύνη vetat Diuus  
Paulus cum inquit: In hoc sitis am-  
bitiosi, ut propria faciatis.

Et. Probet unusquisque opus suum,  
& sic gloriam habebit apud semet-  
ipsum & non in alio. Vera  
enim

enim gloria est testimonium con-  
scientiæ rectè sentientis, & alio-  
rum rectè sentientium, multi cum  
propria virtute nomen sibi parare  
non possint, alia via rem aggre-  
diuntur, rectè tradita calumnian-  
tur, & sycophanticè contra men-  
tem auctoris in alienum sensum des-  
torquent, & hoc modo imperitiæ  
multitudinis applausum captant.  
Talis est Thersites apud Homerum.  
Magnum sibi sumit licentiam, &  
magna verborum libertate in Aga-  
memnonem & reliquos exercitus  
duces inuehitur, sed malè multa-  
tus ab Ulysse in ordinem cogitur,  
admurmurante toto exercitu. In  
Republica Attica, fuit Cleon homo  
ferox, inquietus, & turbulentus,  
verum.



verum timidus, nullius consilij atq;  
precij, qui melioribus & sanioris  
iudicij viris vehementer aduersatus  
est, suisq; clamoribus eo rem deduxit,  
ut dux belli contra Lacedaemonios  
crearetur, verum postea sua  
imperitia exercitum firmissimum  
hostibus obiecit, & ipse à Peltasta  
quodam interfectus, suae temeritatis  
iustas pœnas persolvit; Romæ  
Cato, non ille Vticensis, sed qui tem-  
pore Lælij & Scipionis vixit, vir  
cæteroqui non malus, sed in semel  
concepta sententia offirmatior, ni-  
misq; durus atq; inhumanus, præter  
æquum & bonum. Is igitur ab us-  
troq; Lælio & Scipione, qui Comi-  
cum adiutarunt, & assiduè una  
scripserunt, his verbis perstringi-

tur. Homine imperito nihil quicquam iniustius, qui nihil, nisi quod ipse facit, rectum putat. Exempla huius seculi odiosa sunt, quæ data opera silentio præterea.

Est autem omnis πολυπραγμοσύνη infelix. Quod etiam D. Paulus non obscure significat. Nemo, inquit, patiatur ut ἀλλοτριῶν ἐπισηκοπῆται. Ostendit eos pati, & quidem merito, cur enim finibus suæ vocationis se non continent? cur negocijs ad se non pertinentibus se immiscent? cur laudi bonorum viros rum obtreçant?

Remouentur autem duo vicia, quæ sæpè etiam bonis viris molestiam exhibent, eoq; redigunt, ut sui status & conditionis eos pœniteat.

teat. Ea sunt impatientia & desperatio: Multi enim contemptum ferre non possunt, & mirificè torquentur, cum se pro nihilo putari, suamq; quam in vocatione diligentiam adhibent, sperni intelligunt: In hoc enim misero & exulcerato seculo non pauci reperiuntur, qui sua tantum admirantur, aliena vero, alto supercilio contemnunt, & occultè apud alios in contemptum, quantum in ipsis est, adducunt. Tali iudicia sustinere, & non commoueri valdè difficile est: Perturbat enim calumnia etiam sapientè & frangit robur cordis eius.

Alterum vicium est desperatio. Opponantur autem dicta sacrae scripturae;

Vt

Vt avis deserens nidum suum, ita  
est, qui vocationem suam deserit.  
Et de sua vocatione desperantem  
quis seruabit?

Sit igitur quisq; firmo & excel-  
so animo in sua vocatione, nec prius  
stationem suam deserat, quam à  
summo Imperatore euocetur. Non  
laude, neq; vituperio cuiusquam  
moueatur. Nec fractus desperatio-  
ne sua vocatione se abdicet. Memo-  
rabilis est sententia Salomonis, sed  
aliquanto obscurior inter mille in-  
quit unum virum inueni, at mulie-  
rem inter illos non inueni. Tantum  
hoc depræhendi, Quod Deus homi-  
nem rectum condidit. At illi  
multa quæerunt diuer-  
ticula.

V. R. E.

## V. REGVLA.

Pete & expecta à Deo auxi-  
lium, felices succesus, de-  
fensionem, & vitam æter-  
nam fiducia Mediatoris.  
Hæc Regula utiles commo-  
nefactiones complecti-  
tur quas ordine per-  
sequemur.

**P**rima commonefactio in omni-  
bus rebus auxilio diuino opus  
est, sine quo omnis labor frustra  
suscipitur, & opera posita inanise-  
st: omnis enim vocatio etiam minima  
superat vires humanas, & sine  
auxilio Dei rectè administrari non  
potest: Quando enim solus homo  
D præest

præest, malorum neq; modus neq;  
finis est ullus. Imploremus igitur  
auxilium diuinum, memores dicti:  
Nisi Dominus edificauerit do-  
mum, frustra laborāt, qui edificant  
eam. Nisi Dominus custodierit  
ciuitatem, frustra vigilant, qui  
custodiunt eam. Superuacaneum est  
mane surgere, & in multam noctem  
vigilare: dilectis enim suis dat  
in somno.

Et: Benedictio Domini diuites  
facit, citra molestiam. Platonis  
celebratur sententia. Qui, inquit,  
omnia in se habet posita, quæ ad  
benè beatèque viuendum pertinent,  
nec ex aliorum secundis aut aduersa-  
sis rebus pendet, huic optimè vita  
instituta est: nam fiducia sui semper  
consistet

consistet. Quod monet, ne ex alie  
orum secundis aut adversis rebus  
pendeamus, prudenter admonet.  
Quod verò dicit: Fiducia sui semper  
consistet, nimis arroganter & in-  
consideratè dicitur, & cum tota  
Scriptura, & quotidiana experi-  
entia pugnat: quid enim nos sumus?  
aut quid sine auxilio divino præ-  
stare possumus? Non sumus ido-  
nei ex nobis tanquam ex nobis  
cogitare quicquam, sed sufficientia  
nostra ex Deo est.

Et Christus inquit. Manete in  
me, & ego in vobis, & fructum  
multum facietis, quia sine me nihil  
potestis facere. Quod etiam Eth-  
nici experientia edocti fateri con-  
guntur Orate, inquit, Pisistratus

Nestoris filius apud Homerum:  
omnes enim indigemus Deo. Sam-  
son res magnas gerit, tantisper  
dum à Deo adiuuatur, desertus  
verò à Deo viuis in potestatem  
Philisthæorum venit, vincitur, o-  
culis priuatur, & tandem ruina  
oppressus, non tamen inultus perit.

Aiacem proficiscentem ad bel-  
lum Troianum Pater Telamon  
hortatur, ut fortiter pugnet, vi-  
ctoriam autem à Deo petat. Salus  
tare consilium. At quid ille? quid  
respondet patri; Etiam ignaui, in-  
quit, Deo adiutore vicere possunt,  
Ego vero etiam sine Deo. Siccine  
ais Ajax? Vincere vis sine  
DEO? Cur igitur temetipsum  
non vincis quæ summa est victoria?

CUR



Cur victus in iudicio ab Vlysse præ  
dolore incipis furere, & per furo-  
rem turpia & nefanda multa facis,  
quorum cum furor resedisset, tam  
valdè te, pudet, vt vitam acerbam  
tibi putes, & ipse tibi mortem con-  
sciscas? Timotheus dux Atheni-  
ensium res multas præclare gessit.  
Idcirco pictores pinxerunt eum in  
littore maris dormientem, & For-  
tunam interea dum ipse dormit,  
trahentem rete; & concludentem  
insulas & vrbes, qua pictura signi-  
ficare voluerunt, res tantas ab ipso  
geri solius Fortune beneficio, citra  
omnem ipsius laborem. Hac pictu-  
ra offensus cum paulo post præclare  
rem gessisset progressus in concio-  
nem: Hoc, inquit, ego feci, non For-

tuna, gloriam Fortunæ beneficio partam in se transmouens. Verum arrogantiae pœnas dedit: ex eo enim tempore nihil ei successit. Ferreus est certè, quem hæc testimonia & exempla non commouent. Assidue igitur Deum precemur, ut nobis adsit, laboribus nostris benedicat, cōsilia & actiones nostras regat, & faciat nos vasa misericordiae, & organa, per quæ ipse salutaria multa agat & operetur.

Fuerunt in Republica Attica multi præstantes viri, qui res magnas gesserunt, sed sibi & patriæ exitiosas, De Pericle scribit Thucydides, quod solus Rempublicam Atticam administrârit. Erat inquit Respublica Attica Democratia

verbo,

verbo. Re autem unius viri arbitrio & consilio omnia gerebantur  
ἐγίνετο τε λογῶ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ  
δὲ ὑπὸ τῶ πρώτῳ ἀνδρὸς ἀρχῇ.

Tanta vis dicendi in eo fuit, ut quoties verba ad populum faceret, non loqui, sed fulminare videretur, temerè ferocientibus metum incutere, timidioribus autem animum addere potuit. Is igitur cum sumptus maximos fecisset, & de publica pecunia non parum in publica aedificia insumpsisset, de reddendis rationibus maiorem in modum fuit sollicitus, & putandis rationibus multum temporis tribuit. Dum hoc agit, forte interuenit Alcibiades, cum eo collocuturus non admittitur. Venit secundo, iterū excludia-

D 4 tur,

tur. Quod cum sæpius fieret, stomachans, Quid tandem, inquit, cause est, quod non admittar? Responderunt illum putandis rationibus esse occupatum, ut populo Atheniensi insumptæ pecuniæ rationes reddere posset. Respondit Alcibiades. Næ ille homo stultus est, qui id cogitet. Cur non dat operam, ut omnino reddere rationes non sit necesse. Hac oratione motus Pericles autor fuit belli Peloponnesiaci, quo moto non tantum ocij fuit populo Atheniensi, ut ab eo rationes exigere possent. Attamen hoc bellum Rempublicam Atticam evertit, & toti Græciæ fuit exitiosum.

Excellentis ingenij vir fuit Alcibiades, de quo doctorum iudicia  
fue-

fuerunt; Quod Græcia duos Alcibiades ferre non potuerit. Is tamen absentia sua & discessu ab exercitu rem corrumpit, & victoriam Lyfandro non dubiam relinquit.

Taceo alios, qui res magnas quidem gesserunt verum patriæ calamitosas. Quo magis petamus à Deo, ut ipse nos regat Spiritu suo sancto, ut res utiles & Ecclesiæ, & Reipublicæ, & nobismet ipsis geramus.

Alterum in hac Regula est, ut petamus à Deo defensionem: Semper enim fideles Doctores, & gubernatores in maximo periculo versantur, præcipuè verò ij, qui in aliqua eminentia, & gradu dignitatis sunt collocati: hi enim præ alijs

D 5

peri.

periculis sunt expositi, ut in versu  
dicitur:

Ima tenent pacem, perfluant  
altissima venti.

Petamus igitur à Deo, ut nos  
curet, & defendat. Sunt nobis ama-  
plissimæ promissiones propositæ,  
quibus nos sustentemus: commenda  
Deo viam, id est, vocationem tu-  
am, & ipse faciet.

Et: Angelis suis mandavit de te,  
ut custodiant te in omnibus vis-  
tuis.

Et. Turris fortissima Nomen,  
hoc est, invocatio Domini, iustus  
eò confugiet, & liberabitur.

Et. Iste pauper clamavit ad Do-  
minum, & ipse eripuit eum ex om-  
nibus malis.

Multa

Multa accidunt pijs in hac vita,  
quæ humano consilio sunt in ex-  
tricabilia, ex quibus solus Deus  
eos liberat. Ego ut de me loquar,  
ultra triginta annos fungor meo  
officio. Quando vero memoria re-  
peto præterita tempora, fateri co-  
gor, me ex multis periculis, quæ  
mihi sunt intentata, à solo Deo  
liberatum esse. Præcipuè vero an-  
te aliquot annos, horribiliter op-  
pugnatus & in summum discrimen  
adductus sum, & certè de me actum  
fuisset, nisi me Deus seruasset. Ha-  
bet is Regum & principum corda  
in sua manu, & quò vult flectit. Is  
illustrissimi principis Electoris  
Domini Ioachimi Friderici, cuius  
memoriam, omnes insequentcs an-

ni excipient, animum flexit, ut me  
defenderet. Mitto de me loqui au-  
diamus quid Diuus Paulus de se  
scribat 2. Cor. 1. Supra modum, in-  
quit, grauati eramus, ita etiam,  
ut de nostra vita desperaremus,  
Adiungit autem rationes conside-  
ratione dignissimas, cur ad eum mo-  
dum Deus suos affligi sinat. Hoc  
inquit nobis accidit, ne in nobis  
metipsis spem poneremus, sed in  
Deo, qui etiam mortuos viuificat,  
& ex tali morte nos liberauit, &  
adhuc quotidie liberat. Duas red-  
dit rationes Diuus Paulus: una  
est, ut de nobis ipsis desperemus, &  
in solo Deo spem nostram colloce-  
mus. Altera, ut mirandæ libera-  
tiones sint testimonia præsentie  
Dei



Dei in Ecclesia. Psalmo 107. multa beneficia ordinè commemorantur, non absq̃ causa, sed ut cogitemus de nostris periculis, & ad gratiarum actionem nos exuscitemus: ita enim Psalmum concludit. Quis est, inquit, sapiens & secum hæc expendit: animaduertet enim quot beneficia Deus exhibeat. Exercet hoc modo Deus nostram Fidem, ut crebris liberationibus confirmati, etiam in ipsa morte simus animo præsentis. Deniq̃ hæc Regula nos monet ut quotidie, sine intermissione, freti merito Christi, ab æterno Patre petamus vitam æternam, ut tandem aliquando ex magna iactatione in optatissimum portum salutis æternæ perueniamus, & læ-

riſſimo conſpectu Filij Dei, & om-  
nium ſanctorum conſuetudine  
perfruamur.

Hæ ſunt quinque illæ Regulae,  
quas nobis D. Philippus Melanch-  
thon, tradere ſolebat quas breuiter,  
quantum per valetudinem licuit,  
explicauit.

Ne autem eas quiſquam parui  
æſtinet, hæc breuiter addo. Obſer-  
uabat D. Philippus Melanchthon  
hunc morem, ut in magno auditorio  
ad leuam in ſupremo Scamno conſi-  
deret, ad dexterã eius ſedebant Co-  
mites & Barones. Ad pedes vero è  
regione ingenui adoleſcentes nobiles  
& præcipuorũ, ex diuerſis ciuitati-  
bus hominũ Filij, qui erant ipſi com-  
mendati, interrogabat autem non  
tantum

tantum Comites & Barones verum,  
etiam adolescentes illos ad pedes ipsorum  
sedentes. Reliqui studiosi procul  
stabant, ut spacium inter ipsos &  
Philippum interesset, ne ab eo interro-  
gari & examinari possent: Fere-  
bat hoc molestè Philippus eosque ob-  
iurgabat. Vos, inquit, fugitis examē  
sicut Diabolus aquā lustralē. Acci-  
debat autem, ut Scholasticus quidā,  
qui nuper ex schola triuiali aduene-  
rat, moris & consuetudinis D. Phi-  
lippi ignarus, aliquāto propius accede-  
ret, & in loco illo vacuo, in curta sua  
tunica (more Saxonico loquor) &  
pileo oblongo consisteret. Hunc igitur  
interrogabat. D. Philippus & di-  
ctū proponebat, & querebat quæ es-  
set constructio. Regula erat: verbū  
finitum

nitum sequitur aliquando Nomi-  
natiuus, &c. Cum ille vel inscitia,  
vel metu percussus nihil responde-  
ret, Ego, inquit Philippus, te hor-  
tor, ut Regulas Syntaxeos pileo tuo  
oblongo inscribas, sicut Iudæi le-  
gem Dei fimbrijs vestium inscribe-  
re solebant, ut crebrò eas inspicere  
possis. At has quinque Regulas,  
quas ordine exposui, non hortaba-  
tur, ut vel pileo, vel fimbrijs ve-  
stium, sed animis nostris inscribe-  
remus: Obseruate inquit has quinque  
Regulas: nusquam enim uno in loco  
eas inuenietis. Ego admonitionis  
tanti viri memor, etiam alijs eas  
communicare volui.


Est autem hic labor, cum à  
publicis negocijs vacuus essem à me  
susce-

susceptus, crebrò interruptus tan-  
dem aliquando absolutus.

Et quia nunc annum ætatis  
meæ septuagesimum compleui, cum  
Episcopo Turonensi Diuo Marti-  
no precor: Domine si adhuc sum  
Ecclesiæ tuæ necessarius, non re-  
cuso laborem: Fiat volun-  
tas tua.

Soli Deo gloria.





MAGDAEBURGI,  
*Excudebat Ioachimus Boëlius,*  
ANNO M. DC. XI.











































































































71 A 6753

**ULB Halle**

005 126 304

3



19

429  
Cary

8 Jun 02  
8 Jun 99

111

Vimol  
73/11  
w/11  
w/11  
w/11





L. 111 L. 111





Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



GV LÆ

E JAM OLIM

PHILIPPO ME

CHTHONE CON-

cinnatæ.

em novâ luce collustratæ

A

SABELLO

NITIO ECCLE

in Veteri Marchia

uperattendente.

OC): (OO

GDÆBURGI,

inâ Levini Brauns

NO M. DC. XI.

